

Sigismundus primus rex Polo-
nia, minoribus consiliariis regni

90
Generose fidelis dilecte. Credimus iam ne-
mini esse incognitum, quantum detrimenti
republica regni nostri proxima estate ac-
cepit, cum terra nostra Russia a Turis
et Tartaris longe lateque ferro et igne
vastata sint, ingensque in eis damnum
factum, et nisi cum eo exercitu ex no-
bilitate et plebe terrarum minoris huius
Polonia subito collecto accurrissemus, mal-
to maiora et peiora hostes ipsi molie-
bantur. Cupientes igitur futuris periculis
occurrere, et regnum ab extremo interitu
servare; indiximus conventum generalem
in oppido nostro Piotrkow ad festum san-
cti Thomae apostoli futurum, ut cum u-
niverso senatu regni nostri et nuntius
terrarum super his rebus futura defen-
sionis contra eosdem hostes, et super ali-
is multis que instant agenda, mature
consultare possimus. Cum autem genera-
lem conventum particularis in N. feria N.
et communis terrestris in N. feria N. pra-
cedent, itaque hortamur fidelitatem tuam,
ut ad ipsum particularem conventum, et
terrestrem Colensem proficiascatur, auditaque
legatione nostra, consulat illic cum aliis
qua

que oportuna videbuntur, et nuntios vi-
ros idoneos, et ad res tantas tractandas
peritos, cum plena facultate ad conventum
generalem eligat, ad quem etiam demum
venire ipsa curet, nobiscum unam et ali-
is consiliariis nostris ac terrarum nunt-
iis, de impendentibus periculis, et aliis
necessitatibus reipublice consultura. Factu-
ra pro officio suo et gratia nostra.
Datum Cracoviae feria quinta proxima
post festum omnium sanctorum, anno
Domini millesimo quingentesimo vige-
simo quarto, regni nostri anno decimo
octavo.